

MASS PROPER: SEVENTEENTH SUNDAY AFTER PENTECOST

MASS *Justus es, Dómine* (green)

INTROIT Psalms 118: 137, 124

Justus es, Dómine, et rectum iudicium tuum: fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam. (Ps. 118: 1) Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Justus es, Dómine, et rectum iudicium tuum: fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam.

COLLECT

Da, quæsumus, Dómine, pópulo tuo diabólica vitare contágia: et te solum Deum pura mente sectári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Ephesians 4: 1-6

Fratres: Óbsecro vos ego vinctus in Dómino, ut digne ambulétis vocatióne, qua vocáti estis, cum omni humilitáte, et mansuetúdine, cum paciéntia, supportántes ínvicem in caritáte, sollíciti serváre unitátem spíritus in vínculo pacis. Unum corpus, et unus spíritus, sicut vocáti estis in una spe vocatiónis vestræ. Unus Dóminus, una fides, unum baptisma. Unus Deus, et Pater ómnium, qui est super omnes, et per omnia, et in ómnibus nobis. Qui est benedíctus in sæcula sæculórum. Amen.

GRADUAL Psalm 32: 12, 16

Beáta gens, cujus est Dóminus Deus eórum: pópulus, quem elégit Dóminus in hereditátem sibi. Verbo Dómini cæli firmáti sunt: et spíritu oris ejus omnis

Thou art just, O Lord, and Thy judgment is right: deal with Thy servant according to Thy mercy. (Ps. 118: 1) Blessed are the undefiled in the way: who walk in the law of the Lord. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thou art just, O Lord, and Thy judgment is right: deal with Thy servant according to Thy mercy.

Grant, we beseech Thee, O Lord, that Thy people may shun all the wiles of the devil: and with pure mind follow Thee, the only God. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, I, a prisoner of the Lord, beseech you that you walk worthy of the vocation in which you are called. With all humility and mildness, with patience, supporting one another in charity, careful to keep the unity of the Spirit in the bond of peace. One body and one spirit, as you are called in one hope of your calling, One Lord, one faith, one baptism. One God and Father of all, Who is above all, and through all, and in us all, who is blessed for ever and ever. Amen.

Blessed is the nation whose God is the Lord: the people whom He hath chosen for His inheritance. By the word of the Lord the heavens were

virtus eórum.

LESSER ALLELUIA Psalms 101: 2

Allelúja, allelúja. Dómine, exáudi oratióem meam: et clamor meus ad te pervéniat. Allelúja.

GOSPEL Matthew 22: 34-46

In illo témpore: Accésserunt ad Jesum pharisæi: et interrogávit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum: Magíster, quod est mandátum magnum in lege? Ait illi Jesus: Dlíges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo et in tota ánima tua, et in tota mente tua. Hoc est máximum et primum mandátum. Secúndum autem símile est huic: Dlíges próximum tuum sicut teípsum. In his duóbus mandátis univérsa lex pendet et prophétæ. Congregátis autem pharisæis, interrogávit eos Jesus, dicens: Quid vobis vidétur de Christo? cujus fílius est? Dicunt ei: David. Ait illis: Quómodo ergo David in spírítu vocat eum Dóminum, dicens: Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimícos tuos scabéllum pedum tuórum? Si ergo David vocat eum Dóminum, quómodo fílius ejus est? Et nemo póterat ei respóndere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum ámplius interrogáre.

OFFERTORY Daniel 9: 17, 18, 19

Orávi Deum meum ego Daniel, dicens: Exáudi, Dómine, preces servi tui: illúmina fáciem tuam super sanctuárium tuum: et propítius inténde pópulum istum, super quem invocátum est nomen tuum, Deus.

SECRET

Majestátem tuam, Dómine, suppliciter deprecámur: ut hæc sancta, quæ gérimus, et a prætéritis nos delictis

established and all the power of them by the spirit of His mouth.

Alleluia, alleluia. O Lord, hear my prayer and let my cry come to Thee. Alleluia.

At that time the Pharisees came to Jesus, and one of them, a doctor of the law, asked Him, tempting Him: Master, which is the great commandment of the law? Jesus said to him: Thou shalt love the Lord thy God with thy whole heart, and with thy whole soul, and with thy whole mind. This is the greatest and the first commandment. And the second is like to this: Thou shalt love thy neighbor as thyself. On these two commandments depends the whole law and the prophets: And the Pharisees being gathered together, Jesus asked them, saying: What think you of Christ, whose son is He? They say to Him: David's. He saith to them: How then doth David, in spirit, call Him Lord, saying: The Lord said to My Lord: Sit on my right hand until I make Thine enemies Thy footstool? If David then call Him Lord, how is He his son? And no man was able to answer Him a word; neither durst any man, from that day forth, ask Him any more questions.

I, Daniel, prayed to my God, saying: Hear, O Lord, the prayers of Thy servant; show Thy face upon Thy sanctuary, and favorably look down upon this people upon whom Thy name is invoked, O God.

We humbly entreat Thy Majesty, O Lord, that these holy mysteries which we celebrate may set us free both

éxuant, et futúris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalms 75: 12, 13

Vovéte, et réddite Dómino Deo vestro omnes, qui in circúitu ejus affértis múnera: terríbili, et ei qui aufert spírítum princípum: terríbili apud omnes reges terræ.

POSTCOMMUNION

Sanctificatióibus tuis, omnípotens Deus, et vítia nostra curéntur, et remédia nobis æténa provéniant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

from past and future sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Vow ye, and pray to the Lord your God, all you that round about Him bring presents: to Him who is terrible, to Him who takes away the spirit of princes: terrible among all the kings of the earth.

By Thy sanctifying gifts, O almighty God, may our vices be healed, and may eternal remedies be available unto us. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.